

## **Acta sanctorum**

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae  
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies nonus et decimus continentur

**Bolland, Johannes**

**Parisiis et Romæ, 1925**

De Sanctis Martyribus Eusebio, Marcello, Hippolyto, Hadria Paulina, Neone,  
Maria, Maximo, Martana Et Valeria Romæ, Via Appia Commentarius  
Praevius

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72556](#)

DE SANCTIS MARTYRIBUS  
**EUSEBIO, MARCELLO, HIPPOLYTO, HADRIA**  
**PAULINA, NEONE, MARIA, MAXIMO, MARTANA ET VALERIA**  
**ROMAE, VIA APPIA**

TEMPORE  
INCERTO

Martyres  
Graeci  
nuncupati.

1. *Turman martyrum quos hoc versiculo designavit Damasus*: Hic confessores sancti quos Graecia misit (1), *martyrum graecorum vocabulo nuncupare mos invaluit*. Non uno die passus leguntur. Maximum enim XIII kal. decembres sepulum esse, Paulinum, Marcellum et Eusebium XIII kal. novembres, Neonem et Mariam VI kal. novembres, Hadrianum et Hippolytum V idus novembres, Martanam et Valeriam IV idus decembres, ex Passione deducimus, quae prius kalendas decembres, in festivitate eorumdem sanctorum legebatur (2). De his se acturos esse ad diem 2 decembres, cum Martyrologio romano, polliciti sunt decessores nostri (3). Qua ratione inductus fuerit Baronius ut eos IV nonas decembres fastis inscriberet, prorsus ignoramus, et cum hodie Hadriae et Hippolyti anniversaria dies recurrere censeatur, nulla causa est cosdem cum so ciis in aliam diem referendi.

2. *Duobus in codicibus reperta sunt Acta martyrum graecorum*.

V = Codex bibliothecae Vaticanae lat. 5696, membraneus, saec. XII exaratus (4). Fuit olim Sanctae Mariae ad Martyres, nec aliis est ab illo quem saepe adducit Baronius cum in notis ad Martyrologium romanum tum in Annalibus ecclesiasticis. Acta SS. Eusebii et sociorum leguntur fol. 90<sup>r</sup>-95. Ope huius codicis, quem solum novem, integre et accurate illa primus edidit I. B. De Rossi (5). Codicis V apographa sunt Constantini Caietani in codice 96 bibliothecae Alexandrinae, Antonii Gallonii in codice H. 16 bibliothecae Vallicellanae, Antonii Bosii in codice H. 25 eiusdem bibliothecae (6).

P = Codex archivi Capituli Sancti Petri in Vaticano A. 5, membraneus, saec. XI exaratus (7). Fol. 24<sup>r</sup>-29: *Passio sanctorum Maximi, Eusebii presbyteri, Marcelli diaconi, Adrie, Ypoliti, Pauline, Neonis, Marie, Martane, Varerie. Legenda autem dicitur sub dierum idus novembries, quae lectio corrupta videtur ex sub die V idus novembries. Passio integra non est nec desunt variantes lectiones, quas ad oram paginis inferiorem reperties.*

B = Baronii recensio in Annalibus ad annum 259, n. VIII. E codice V martyrum graecorum Acta editurus hisce utiliter verbis: «Quae quidem hic subcitere operae pretium duximus, tum quod

C O M M E N T A R I U S P R A E V I U S

H. D.

legitima esse sciamus, tum etiam quod quasdam res gestas a Stephano papa habeant simul intextas, eademque diebus et consulibus consignata sint, quae ex manuscripto antiquo codice velutate prope consumpte, cuius in notationibus meminimus, a temporis edacitate vindicata, et mendis compluribus, quantum licuit, emaculata, nunc primum in lucem prodeunt.» Nullum alium codicem praeter E V Baronio praesto fuisse ex his satis efficitur, eiusmodi menda sola coniectura sustulli, quamquam iis formulis utiliter quae de varia lectio ab altero teste suppeditata vulgo adhibentur, ut cum scribit Acilio AL. Lucillo, Mummiuum AL. Maximum; quod vero hinc inde narratio contracta est, id Baronii fortibus imputandum est. Rossio quippe assentimur opinanti recensionem Actorum quae Annalibus ecclesiasticis inserta est non alii quam ipsi Baronio deberi, Gallonii autem apographum, quod in codice Vallicellano H. 9 servatum est, ex opere Baroniano exscriptum esse (8). Et quoniam eadem recensione, quae in Surianum corpus, inde a quarta editione admissa est, usi sunt scriptores quoquaque ante Rossium de martyribus graecis diverunt, praincipias quasdam eiusdem lectiones notare haud superfluum visum est.

3. *Quenam de Actis censura ferenda sit, ex Temporum temporum ratione, ex rebus narratis, ex locorum condicione, maxime ex libelli tenore diuidicandum est*. Temporis nota quae Passioni praefixa est: Valeriano et Lucillo consulibus plana est, signata que annum Christi 265. Verum hoc anno neque sedebat Stephanus papa (254-257), neque imperabat Decius (249-251), neque Urbi praefectus erat Maximus (255-256), quemadmodum placuit hagiographo. Corruptam formulam censem, eamque variis modis sanare conati sunt qui hisce Actis non omnem fidem detrectant. Valerio et Acilio scripsit Baronius, qui consules sunt anni 256; sed minus feliciter, nam cognomine, non gentilicio consules designari solent, ita ut Maximo et Glabrione cos. annus 256 exprimatur (9). Neque aptior est Pearsonii (10) emendatio, qui Lucillo Lucinium substituendum esse coniecit; Lucinius enim seu Lictinus Gallieno nomen est, qui consul fuit anno 257. Iam vero annum 257 non alia quam hac formula Valeriano et Gallieno cos. scriptor designare potuisset. Alter res componi posse censuit Rossius, qui haec Acta nostra e genuinis et antiquioribus

(1) IHM, *Damasi epigrammata*, n. 12, v. 7.  
 — (2) BHL. 3970. — (3) Act. SS., Oct. t. VIII, p. 814. — (4) Catal. Lat. Vatic., p. 135. — (5) BHL. 3970. — (6) Catal. Lat. Rom., pp.

183, 437, 445. — (7) Catal. Lat. Rom., p. 16. — (8) Roma Solteranea, t. III, p. 201. — (9) De Rossi, t. c., p. 210. — (10) Annal. Cyprianici, p. 57.

fluxisse

A fluxisse existimabat. Principio quidem scriptum erat: Valeriano III et Gallieno II cos., quae nota est anni 255, vel: Valeriano IIII et Gallieno III cos., quae est anni 257. Qui autem saec. VII vel VIII Acta retractavit, alterius consulis nomen non agnovit, et pro Gallieno Lucilium posuit. Ut hanc sequeretur conjecturam ea potissimum ratione ductus fuit Rossius quod Maximus praefectus Urbi erat viventibus Valeriano imperatore et Stephano papa; Decii nomen ab interpolatore inductum fuerit (1).

mira confusio. A. Et haec quidem acute, ut solet, evolvit Rossius, nullo tamen pacto demonstrat Actus martyrum graecorum velutiorum et a coaevo teste exaratum libellum praeluxisse. Neque enim satis est Maximi praefecturam cum Stephani et Valeriani aetate non pugnare. Maximus enim hagiographorum usibus accommodatum nomen est, et in ipsis S. Stephani Actis Maximus quidam consul inducitur (2), perperam sane; nec mirum, cum omnium consensu Passio S. Stephani aeo sequente conscripta vel potius conficta sit (3). Nec aliter de Passione martyrum graecorum sentiendum. Pertinet enim certo certius ad genus illud litterarum quod tum aliis plurimis Passionibus, tum maxime martyrum romanorum Gestis constituitur (4). Iis enim simillima est tum rebus ipsis, tum tota narrandi ratione. Solent qui talia conscripserunt, martyrum plurimorum, qui variis temporibus passi sunt, vicinis tamen in locis sepulti iacent, gesta in unam historiam conflare, sanguinis coniunctionibus eosdem connecere, singulisque suas partes distribuere, nulla plerumque temporum habita ratione. Prolixa in hisce Passionibus tum cum magistratibus tum etiam cum suis sancti perpetuo miscent colloquia, quea in Actis genuinis frustra requiras, in recentioribus autem et de industria compositis vulgaria sunt. Quare si plura hic permixta reperies et in unum congregata quea ad Decii, ad Valeriani, ad Diocletianum etiam persecutorum referri videntur, id non ex oscitantia eorum est qui antiquam Passionem retralunt, sed ipsius primi scriptoris opera qui id unum in mente habuit, ut legentium pietati alendae consuleret.

Sepultura 5. Nec quicquam auctoritatis Actis illis accedit eo quod locorum diligens census habitus fuisse videatur. Alii enim est factorum, quea preeuent, alia locorum quea immota sunt ratio, eaque confingere hagiographi raro reprehenduntur. Porro in Passionibus duplex est secernenda locorum series: illa dico in quibus martyres vivi degere ac moveri dicuntur, et loca sepulturea. Iamvero aiud est Forum Traiani, custodiam Mamertini, insulan Lycaoniam, arenaria in via Appia recte nominari, aiud martyres nostros in ipsis locis vixisse vel eo deductos fuisse; hoc certe non illud in fabu-

latori arbitrio est. Alter omnino de martyrum sepultura dicendum. Romanis enim religioni erat corpus humatum quodvis, nulla instante necessitate, alio transferre; eiusdem autem sub iuris, in ecclesia quoque recepti, tutela per nulla saecula sanctorum reliquiae intactae remanserunt. De prima ergo martyrum sepultura ex ipsa cotidia fidelium veneracione constabat.

6. Nec mirum proinde testimoniis certissimis confirmari quea hagiographus de martyribus in coemeterio Callisti sepultis asserit. Ita Itinerarium a Gulielmo Malmburgensi dictum: et in altera ecclesia sancta Sotheris et non longe paucant martyres Hippolytus, Adrianus, Eusebius, Maria, Martha, Paulina, Valeria, Marcellus et prope papa Marcus in sua ecclesia (5). Ad viam Appiam etiam spectant elogia metrica martyrum graecorum (6), de quibus mox dicemus, quea in sylloge epigraphica Turonensi nuncupata servata sunt. Et in hac quidem sylloge, quea teste Rossio (7) exactissimo ordine itinerario disposita est, carmini Damasiano de S. Eusebio (8) subnexa sunt elogia illa; crypta autem S. Eusebii pars est coemeterio Callisti. Testem tandem habemus ipsum Damasum, qui inter sanctos quorum corpora eadem in necropoli condita sunt confessores sanctos quos Graecia misit (9) collocat. Nec omittendus titulus quem ex hypogaeo viae Appiae Regium asportatum fuisse demonstravit Rossius (10):

SECVLARIS  
DEP. V IDVS SEPTEMBER  
AD EPOLITV  
QVI VIXIT AN  
NOS DVO SEMIS

Secularis igitur non ad Hippolytum, celebrimum viae Tiburtinæ martyrem, depositus est, sed ad illum qui agmen martyrum graecorum dicit. Hos proinde in coemeterio Callisti quievisse circa dubium est, et quidem in ea regione quea tum S. Sotheris tum S. Marci papae basilicis insignis erat. Hanc autem aream inter viam Appiam et Ardeatinam extendi ad septentrionem cryptæ quam dicunt Summorum Pontificum, certum est, incertum quo demum loco ponendum martyrum graecorum sepulchrum, quod nec ullo sui vestigio nec minimo litterali marmoris fragmendo adhuc designatum est. Id autem conjectura assequi eo difficultius videtur quod ipsi christiana antiquitatis studiosi qui Romæ versantur de situ ecclesiastiarum certent (11). Donec ergo perspicua e Callistiano solo indicia erula fuerint, salis nobis erit optimis argumentis comprobari cultum martyribus graecis in coemeterio Callisti redditum, inde saltem a saeculo IV.

7. Priusquam ad alia progrediemur, de carmine epigraphico syllogae Turonensis dicendum, quod

AUCTORE  
H. D.

in coemeterio Callisti.

Carmen epigraphicum.

(1) DE ROSSI, t. c., p. 210-12; cf. *Bullettino*, 1884-1886, p. 119; 1887, p. 65. — (2) Aet. SS., Aug. t. I, p. 139. — (3) Maximi praefecti nomen ab hagiographo lectum esse non in fastis sed in titulo quoquiam crediderim, ut puta illo, qui haud longo a martyrum graecorum sepulchro repertus est: D. M. S. Fl. BALBISSA VIXIT ANN. XXVIII. MENSES VI. DIES XII. REQUIEVIT IN PACE MAMERTINO ET NEBIDA COSS. PRAEF. URB. MAXIMO V. KAL. FEB. Apud DE ROSSI-GATTI, *Inscript. christ. Urbis Romae*, Suppl. n. 1503. — (4) Cf. Anal. Boll., t. XVI, p. 235-52; DELEHAYE, *Les Passions des martyrs et les genres littéraires*, p. 230. — (5) DE ROSSI, t. I, p. 181, t. III, p. 193. — (6) DE ROSSI, *Inscriptions christ. Urbis Romae*, t. II, p. 66-67, n. 25, 26. — (7) T. c., p. 59. — (8) IHM, t. c., n. 18. — (9) IHM, t. c., n. 12, v. 7. — (10) *Roma Soterranea*, t. III, p. 213-15. — (11) DE ROSSI, t. c., p. 213-22; WILPERT, *Beiträge zur christlichen Archäologie*, in *Römische Quartalschrift*, t. XV (1901), p. 32-49; O. MARUCCHI, *Nuovo Bulletinino di archeologia cristiana*, t. XI (1905), p. 191-230.

bipertito

AUCTORE  
H. D.

bipertito ita traditum est ut prior pars a versu  
Nata Maria simul caro cum fratre Neone exor-  
diatur, altera autem a verbis Horum virtutes,  
seu melius, ut recte notat Rossius, a versu Olim  
sacrilegam quam misit Graecia turbam (1). Duo-  
bus ex codicibus Closterneburgensi et Goettweihen-  
si syllogen accuratissime reddidit Rossius (2). Nos  
titulum uirumque ex eiusdem editione proferemus,  
habita ratione lectionum quibus codicum scrip-  
turam emendavit. Maximi momenti inscriptio est,  
cum martyrum historiam paucis comprehendat, et,  
quod in re epigraphica perrarum est, Passionis  
corumdem mentionem initial:

Horum virtutes quem Passio lecta docebit.

Qui tituli partes cum Rossio eo ordine legunt  
quo in codice collocatae sunt, tum versiculos non-  
nullos excidisse existimant, tum gestorum seriem  
enarrari ab illa quam in Passione nunc habemus  
paullum diversam; hinc etiam confirmari quae  
de fonte antiquo, non superstite, Rossius coni-  
ciebat. Verum argute observavil v. cl. L. Duchesne  
B carminis partes, duplici, ut videtur, columna pari-  
et inscriptas, perverso ordine a collectore exce-  
tas esse, itaque interversus nullum hiatum nullamque  
a Passione discrepantiam appare (3). Interim  
repertum est prope ecclesiam Sanctae Mariae ad  
Montes frustulum lapidis, quo paucae syllabae  
dextræ columnae, saeculi VI litteris inscriptae  
erant, simul cum note temporis SVB DIE V ID.  
NOV. quam codex non servavit (4). Itaque nihil  
obstat quominus ex Actis quae supersunt, carmen  
fluxisse dicamus, et illam ipsam, vel saltem simi-  
lem recensionem hisce verbis designari: Horum  
virtutes quem Passio lecta docebit.

Dies cultus

8. De temporum notis quae carmini, debito  
ordine restituto, tum praefixaem tum subiectae le-  
guntur, haec observanda sunt. Prior: V ID. NOV.  
quam ex solo lapide habemus, ipsa Passione con-  
firmatur; altera: XIII KAL. IVN., quam soli  
exhibit codices, emendatione egere videtur, cum  
omnes, nullo excepto, tribus ultimis anni mensibus  
martyres graci passi legantur. Illam tamen in-  
tactam relinquimus, variis ducti rationibus quas  
suo loco exponemus. Quaerendum enim prius  
C est fatale martyrum illorum commemoratio in  
fastis sacris. Et quidem ut a libris liturgicis  
omnino exulant, ita et a martyrologiis quae histo-  
rica nuncupantur Bedae, Adonis, Rabani, Notkeri,  
Usuardi, quorum nemo unus eorum Passionem  
legit. De solis codicibus hieronymianis in-  
quirendum (5). In plenioribus nulla est an-  
nuntiatio quae ad eosdem certo referenda sit,  
iis saltem anniversariis diebus qui in Passione  
recensentur, scilicet 20 octobris, 27 octobris, 9  
novembris, 19 novembris, 30 novembris, 10 de-  
cembris. In codicibus contractis, quibus identidem  
codicum deperitorum vestigia deprehenduntur, no-  
mina nonnullorum ex gracie inscripta esse nota-  
vit Rossius (6), verbi gratia in breviario Gello-  
nensi (7). V id. nov., Hippolyti et Hadriae; XIII

kal. dec., item Romae Maximi; IV id. dec., Mar-  
tanae et Valeriae festa nuntiantur. Verum haec  
non antiqua martyrologii exemplaria repreäsentare  
recte statuit Duchesne, sed e codice quoipiam Pas-  
sionis interposita esse (8). Idem dicit de die XIII  
kal. nov., ubi solius Neonis meminit breviarium,  
licet in nostris codicibus Passionis Neon VI kal.  
nov. occubuisse dicatur.

9. Neonis et Mariae nomina inter corruptelas  
in codicibus

in  
codicibus

9. Neonis et Mariae nomina inter corruptelas  
codicium pleniorum sibi deprehendere visus est  
Rossius, ad diem qui eorumdem depositionis est,  
VI kal. nov., ubi Romae Marciani al. Mariani,  
Mariniani pro Maria scriptum sit, Neon vero  
varias induerit formas, ut puta Noconi, Niconi,  
Nocomini. At lectio Marciani nequaquam cor-  
rupta est, neque ad Romanum referenda est, cum ex  
syriaco constet Marcianum quendam Antiochiae  
die 26 octobris seu VI kal. nov. coli; eius autem  
commemoratio ex more hieronymianorum postri-  
de iteratur, et quanquam in uno codice Augustano  
Sancti Udalrici (9) Neonius scriptum est ubi ceteri  
Nocomini vel quid simile præbent, id casu factum  
esse crediderim.

10. Attentius consideranda sunt quae in mar-  
tyrolo-  
gia hieronymiana leguntur non quidem XIII  
kal. iunii, ut habent apographa carminis epigraphi-  
ci, sed XIII kal. iulii: dempla etenim com-  
memoratione Mediolanensi translationis sancto-  
rum martyrum, Honorio et Eudocio consulibus (an.  
386) et Petri cuiusdam ceterum ignoti, remanent in  
codicibus W et B Hippolytus et Marcellus, in E  
solus Marcellus; unde oritur suspicio lapidicæ  
vel librarii errore iun. pro iul. scriptum esse, et  
martyrum graecorum antesignanos die 19 iunii  
fastis hieronymianis inscriptos esse. Utique non  
noster sed alter Hippolytus est, si codex Bernensis  
sequendus erit, quippe qui nuntiet Romae in  
cimiterio Yppoliti via Tiburtina. Bernensis  
lectionem emendare non ausus est Rossius (10),  
maluitque titulum ex Passione corrigeret et IVN  
cum NOV commutare. Nobis tamen non ita dis-  
plicet et codice Bernensi, qui omnium consensu ab  
interpolationibus immunis non est, verba illa  
via Tiburtina, velut ex recordatione celeberrimi  
cognominis inducta, expungere et ita laterculum F  
restituere: Romae in cimiterio <Callisti> Yppoli-  
ti et Marcelli. Cerlam esse lectionem non contendio.

11. Difficilias est in laterculo XIII kal. dec.:  
in Cesarea Cappadocia Maximi, uti est in codici-  
bus plenioribus; in breviario vero Gellonensi:  
Romae Maximi. In Adone: Romae via Appia  
natalis sancti Maximi presbyteri et martyris qui  
persecutione Maximini passus positus est ad  
sanctum Sixtum. Horum primus certe romanus  
non est, cum in syriaco hoc ipso die inscriptus sit  
Μάξιμος χρονίσκος. Breviarium Gellonense  
Acta nostra excepisse iam diximus. Undenam  
Ado sua deproprietat non liquet. Acta extitisse  
Maximi presbyteri quae actalem non tolerint conjectura non est improbabilis. De Maximo pres-

(1) *Inscriptionses christianæ Urbis Romæ*, t. c.,  
p. 67, n. 25. — (2) Ibid., p. 61. — (3) *Revue du Monde catholique*, t. LII (1877), p. 325-28;  
cf. *Anal. Boll.*, t. XVI, p. 239-40. — (4) G.  
GATTI in *Notizie dei Scavi*, 1887, p. 178; *Bullettino Comunale*, 1887, p. 257; DE ROSSI,  
*Bullettino di archeologia cristiana*, 1887, p. 60-  
65. — (5) DE ROSSI, *Roma Sotterranea*, t. III, p. 198.

p. 197-200. — (6) T. c., p. 198. — (7) Cod. Pa-

risiensis bibl. Nat. lat. 12048. Cf. *Act. SS.*,

Nov. t. II, p. [xxx]. — (8) *Revue du Monde*

*catholique*, t. c., p. 326; *Act. SS.*, t. c., p. [xxx].

— (9) *Act. SS.*, Iun. t. VII, part. II, p. 22. Cf.

*Act. SS.*, Oct. t. XII, p. 183. — (10) *Roma Sol-*

*terranea*, t. III, p. 198.

-bitero

A bitero qui martyr effectus est mentio habetur in Libro Pontificali (1); eundem ab hagiographo inter martyres graecos cooptari et pro presbyteri commentariensis munere donari potuisse, nemo mirabitur qui sanctum Hippolytum ex presbytero militem, Nereum et Achilleum e militibus eunuchos factos in gestis martyrum romanorum recordetur. Si haec vera non sunt, fortuito utriusque Maximini commemorationem in eundem diem incidisse dicendum erit.

*Sanctorum* 12. Quanto tempore reliquiae sanctorum martyrum graecorum intacta in coemeterio Callisti quieverint ignotum. Saec. XVI ineunte servabantur in ecclesia S. Agathae in Suburra, hac testante epigraphe (2):

OSSA SANCTORVM MARTYRVM HIPPOLITI ADRIAS MARIAE NEONIS PAULINAE DOMINANDAE DVARVMQVE SORORVM SVB LEONE IX. PONT. MAX. PER CRESCENTIVM ET GREGORIVM SARCOFAGO CONDITA.

B LVD. CYPRIVS PRESB. S. AGATHAE CARD. BE- NEVENT. TEMPLO INSTAVRATO ARAQVE ERECTA

DIGNIOREM IN LOCVM VT PAR ERAT TRANSLATA CONSTITVIT IVLIO II. PONT. MAX. M. D. IIII.

AUCTORE  
H. D.

Ab hoc cerle anno reliquiae in eadem ecclesia immolae remanserunt.

13. Ex una sylloge corporis Laureshamensis titulus Damasianus habetur (3) loci prorsus incerti, sed cuius sedes, iudice Rossi (4), inter viam Latinam et Appiam quaerenda est, qui duci agminis graecorum verisimiliter tribui potest. Quamquam res non admodum certa est, carminis verba exscribere iuvabit.

IAMDVDVM, QVOD FAMA REFERT, TE GRAECIA MI-  
[SIT;  
SANGVINE MVTASTI PATRIAM CIVEMQVE FRATREM <sup>a</sup>  
FECIT AMOR LEGIS. SANCTO PRO NOMINE PASSVS,  
INCOLA NVNC DOMINI, SERVAS QVI ALTARIA CHRIS-  
[TI,  
VT DAMASI PRECIBVS FAVEAS <sup>b</sup>, PRECOR, INCLYTE  
[MARTYR.

<sup>a</sup> ita cod., ciuemque fratremque SARAZANI,  
De Rossi; ciuem fratremque fortasse IHM. — E  
<sup>b</sup> GRUTERUS, DE ROSSI; foueas cod.

(1) DUCHESNE, *Le Liber Pontificalis*, t. I, p. 65; cf. p. xcvi. — (2) DE ROSSI, *Roma Sotteranea*, t. III, p. 200. — (3) IHM, *Damasi epigram-*

## I. PASSIO SANCTORUM EUSEBII ET SOCIORUM MARTYRUM

*Edita e codicibus bibl. Vaticanae lat. 5696 (= V), Capituli Sancti Petri in Vaticano A. 5 (= P). Nonnullae Baronii (= B) lectiones notatae sunt. Cf. Comm. praev. num. 2.*

Pridie kl. decembbris festivitas sanctorum martyrum Eusebii presbyteri, Marcelli diaconi, Hippolyti, Hadrias, Paulinae, Neon et Mariae, Maximi, Martanae et Valeriae <sup>1</sup>.

*Hippolytus multos paganos* 1. Valeriano et Lucillo consulibus <sup>1</sup>, erat quidam vir nomine Hippolytus <sup>2</sup> monachus <sup>3</sup>, qui habitabat in cryptis, serviens Domino in absconditis suis <sup>4</sup> ad quem multi <sup>5</sup> christianorum occurrerant ad audiendam doctrinam apostolorum. Et dum frequenter ad eum universa turba concurrent, crescebat quotidie turba christianorum, qui ex paganis convertebantur et baptizabantur, temporibus beati Stephani episcopi romani. In ipsis diebus veniens praefatus Hippolytus misit se ad pedes beati Stephani et deducebat <sup>6</sup> ad eum ex doctrina sua <sup>7</sup> multos ex paganis, et bap-

tizabantur <sup>8</sup>. Dum haec frequenter fierent et populus Domini in fide cresceret, divulgatum est Valeriano a quadam Maximo<sup>9</sup>, praefecto Urbis (1), qui talen suggestionem dedit Valeriano <sup>10</sup> dicens: « Vir capacissime <sup>11</sup> et amice pacis, pervenit ad sensum conscientiae nostrae esse quemdam virum christianum qui <sup>12</sup> seducit populum, et pene media plebs civitatis romanae <sup>13</sup> ad eum concurrit; et Capitolium deseritur <sup>14</sup>, et omnis cultura templorum desolatur <sup>15</sup>. » Hoc audiens Valerianus praecurrens nuntiavit Decio Caesari. Tunc Decius repletus gudio <sup>16</sup> dixit: « Iubemus omnes a cultura Capitolii non recedere, et deo Iovi sacrificium offerri <sup>17</sup>. »

2. Hoc audiens Hippolytus monachus nuntiavit sancto Stephano episcopo. Tunc beatus Stephanus, collecta multitudine christianorum, coe-

*ad  
Stepha-  
num  
papam  
ducit.*

urbe Roma Stephanus episcopus ad quem ve-  
nirebat beatus Ypolitus nocte et deducebat (*prius  
deducebat*) P. — <sup>7</sup> (ex doctrina sua) *om. P.* —  
<sup>8</sup> ab eo add. P. — <sup>9</sup> Mummia B. — <sup>10</sup> Valeriano  
imperatori B, qui et om. sequentia ubi de *Decio  
mentio est.* — <sup>11</sup> pacatissime B. — <sup>12</sup> (esse - qui)  
/// quod quidam vir /// christianus /// corr.  
P. — <sup>13</sup> (m. plebs c. r.) media civitas romana  
P. — <sup>14</sup> deserit corr., prius deseruit P. — <sup>15</sup> corr.,  
prius desolantur P. — <sup>16</sup> (r. g.) g. r. P. — <sup>17</sup> corr.  
P.

(1) De Maximo praefecto, supra Comm. praev. nn. 3, 4, annot. 3.

## PASSIO

Galat.  
6, 10.

Ioh. 12, 25.

B

Hadriam,  
Paulinam  
et filios

pit monitionibus sanctis et eruditione scripturarum omnes imbueret, et<sup>1</sup> gentiles, ut<sup>2</sup> a cultura deorum suorum<sup>3</sup> recederent<sup>4</sup> persuadebat dicens: « Filioli mei, audite me peccatorem, dum tempus habemus operemur bonum de nobis ipsis. Tamen commoneo, ut unusquisque nostrum tollat crux suam et sequatur dominum nostrum Iesum Christum, qui dignatus est nobis dicere: Qui amat animam suam perdet illam, qui autem perdidit animam suam<sup>5</sup> inveniet eam in aeternum<sup>6</sup>. Unde rogo omnes vos, ut si quis vestrum habet amicum aut propinquum paganum, non moretur eum ad me deducere<sup>7</sup> ut baptizetur. » Tunc beatus Hippolytus misit se ad pedes beati Stephanii episcopi<sup>8</sup> dicens: « Pater bone, ego rogo te, habeo enim nepotem meum et germanam eius adhuc paganos, tamen innocentes et parvulos, quos ego nutriti. Est autem hic parvulus annorum plus minus decem, puer nomine Neon<sup>9</sup>, puella autem iuvencula nomine Maria<sup>10</sup> annorum tredecim, qui me in absconditis frequenter requirunt, missi<sup>11</sup> a parentibus suis<sup>12</sup> qui sunt secundum carnem fratres mei; sed mater eorum adhuc<sup>13</sup> pagana est nomine Paulina, pater vero christianus nomine Hadrias<sup>14</sup>, pro quorum desiderio cupio animas eorum redimi. » Dicit autem beatus Stephanus episcopus: « Frater et quare tardas? » Respondit Hippolytus: « Ut et<sup>15</sup> matrem eorum perducam cum<sup>16</sup> spontanea voluntate<sup>17</sup>. » Beatus Stephanus dixit: « Ergo audi consilium meum, et fac ut quando ad te<sup>18</sup> missi fuerint<sup>19</sup> hos<sup>20</sup>, quos tu dicis nepotes tuos, retine apud te<sup>21</sup>, ut tardantes redire ad domum suam<sup>22</sup> veniant parentes eorum ad te<sup>23</sup>, et dum venerint, nos ambo hortemur<sup>24</sup> eos ne pereant, sed vivant in aeternum. »

**C** 3. Post biduum autem transactum mittuntur a patre suo Hadria Neon et Maria<sup>1</sup> ad avunculum suum Hippolytum, ut panes ei aut aliqua deferent<sup>2</sup> virtutia. Et venerunt in quandam locum cryptae, ubi consueverant<sup>3</sup> venire Neon et Maria ad Hippolytum. Tunc Hippolytus tenens amplexatus est eos<sup>4</sup>, et currens nuntiavit beato Stephano episcopo. Veniens autem sanctus Stephanus<sup>5</sup> invenit parvulos; quos amplectens<sup>6</sup> tenuit<sup>7</sup> simul consolans<sup>8</sup> eos. Et dum eos iam triduo apud se haberent, currentes<sup>9</sup> parentes ad eos<sup>10</sup> invenerunt eos congregatos cum multis christianis. Quos cum vidisset beatus Stephanus gaudens amplexatus<sup>11</sup> est eos dicens<sup>12</sup>: « Filii,

recordamini diem iudicii, quia hoc temporale est D quod videmus<sup>13</sup>; sed speramus nos redimi per aquam et Spiritum sanctum, ut aeterno regno<sup>14</sup> fruamur. De qua re commoneo ut derelinquatis idola manufacta<sup>15</sup> et muta, quae vos bene<sup>16</sup> nostis quia<sup>17</sup> nihil prosunt sed<sup>18</sup> ad perditionem facta sunt animarum. » Haec dicens beatus Stephanus abiit<sup>19</sup>.

4. Tunc Hippolytus<sup>1</sup> dixit eis<sup>2</sup>: « Fratres mei et nepotes<sup>3</sup> mei, recedete a fallacia daemonum; quia vos nostis me dereliquisse<sup>4</sup> grandem facultatem parentum et epulas, et in hoc glorior quod videtis. » Respondit<sup>5</sup> Hadrias et dixit: « Et filios<sup>6</sup> nostros quos educavimus una nobiscum, quomodo derelinquemus inopes et pauperes, ut in gladii furore simul pereamus? » Respondit Hippolytus: « Hoc non perire, sed renasci credatis<sup>8</sup>. » Respondit Hadrias: « Timeo ne facultatem quam de Graecia huc<sup>9</sup> adtulimus<sup>10</sup> peregrini cum filiis nostris pariter et sanguine<sup>11</sup> amittamus. » Paulina uxor Hadriæ<sup>12</sup>, quae erat adhuc gentilis, dixit ad Hippolytum fratrem suum: « Bene nosti quia nos non venimus in hanc urbem<sup>13</sup>, nisi ut videremus templum Capitolii invicti Iovis, et immolaremus<sup>14</sup> diis nostris; sufficit tibi quod<sup>15</sup> deseruisti vota tua; quid<sup>16</sup> nostra obscurare festinas et filios nostros morti tradere? » Tunc Hippolytus dixit ad Paulinam uxorem Hadriæ: « Soror sapiens, audi me; facultates istae terrenae impedimenta sunt vitae aeternae. » Paulina respondit: « Ergo impedimentum est vivere clare, et melius est nobis<sup>17</sup> in obscuris et abditis habitationibus cum timore et nuditate et fame vivere<sup>18</sup>? » Hippolytus dixit ad eam: « Dominus Deus, qui fecit coelum et terram, mare Act. 4, 24. et omnia quae in eis sunt, ipse promisit in hoc saeculo centuplum nos recipere<sup>19</sup> quod perdimus, et vitam aeternam donare. » Paulina dixit: « Et quid de voto nostro erit quod nos<sup>20</sup> in mare promisimus reddituros cum filiis nostris in Capitolo? » Hippolytus dixit: « Quare non<sup>20</sup> consideras, quia vota, quae dicis, simul promisimus? Ego tamen quod melius vidi amplexus<sup>21</sup> sum; et non adoro lapides et sculptilia muta<sup>22</sup>, sed cognovi Deum vivum et verum, cui me tradidi, et baptizatus sum in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, et vivo et poeniteo<sup>23</sup> de antiqua ignorantia, quam in incredulitate<sup>24</sup> me habui<sup>25</sup>. » Tunc Hadrias vir Paulinae dixit ad Hippolytum: « Unum hominem mihi ostende, qui haec asse-

2. —<sup>1</sup> et alios P. —<sup>2</sup> om. P. —<sup>3</sup> idolorum add. P. —<sup>4</sup> recedere //||| corr. P. —<sup>5</sup> propter me add. P. —<sup>6</sup> (eam in aeternum) illam P. —<sup>7</sup> adducere P. —<sup>8</sup> (b. S. ep.) eius P. —<sup>9</sup> corr. P. prius Neonem, —<sup>10</sup> (nomine Maria) om. P. —<sup>11</sup> corr. P. —<sup>12</sup> om. P. —<sup>13</sup> om. P. —<sup>14</sup> Adrias et ita saepe deinceps P. —<sup>15</sup> del. V. —<sup>16</sup> om. P. —<sup>17</sup> voluntate //||| P. —<sup>18</sup> (ad te) //||| P. prius scriptum erat autem. —<sup>19</sup> fuerunt corr. P. —<sup>20</sup> hi corr. P. —<sup>21</sup> (retine - te) retineas corr. P. —<sup>22</sup> (ad. d. suam) ad parentes suos //||| P. —<sup>23</sup> me P. —<sup>24</sup> (et dum - hortemur) et ego et tu dum eos viderimus ortabimur P.

3. —<sup>1</sup> (mittuntur - Maria) mittit //||| pater suus //||| Adrias //||| Neonem et Mariam corr. P. —<sup>2</sup> deferant corr. P. —<sup>3</sup> (ubi consueverant) in quo //||| consueti erant P. —<sup>4</sup> amplexus est eum P. —<sup>5</sup> episcopus add. P. —<sup>6</sup> amplectentes corr. P. —<sup>7</sup> tenuerunt //||| P. —<sup>8</sup> consolantes P. —<sup>9</sup> cucurrerunt P. —<sup>10</sup> eos //||| et P. —

<sup>11</sup> amplexus P. —<sup>12</sup> et dixit corr. P. —<sup>13</sup> (t. e. q. v.) q. v. t. e. P. —<sup>14</sup> (aet. r.) corr. P. —<sup>15</sup> falsa P. —<sup>16</sup> (q. v. b.) quia ut vos melius P. —<sup>17</sup> nostis //||| P. —<sup>18</sup> nisi P. —<sup>19</sup> (haec - abiti) om. P.

4. —<sup>1</sup> (t. H.) respondit Ypolitus et P. —<sup>2</sup> om. P. —<sup>3</sup> parentes P. —<sup>4</sup> (vos - dereliqueris) ut melius nostis ego dereliqueris P. —<sup>5</sup> sequentem dialogum inter Hippolytum, Hadriam et Paulinam om. B. —<sup>6</sup> (et f.) filios enim P. —<sup>7</sup> perant corr. P. —<sup>8</sup> cognoscere P. —<sup>9</sup> corr., prius hic P. —<sup>10</sup> detulimus P. —<sup>11</sup> sanguinem P. —<sup>12</sup> Adrie V. —<sup>13</sup> hanc urbem corr. P. —<sup>14</sup> immolemus P. —<sup>15</sup> (sufficit - quod) iam quia tu P. —<sup>16</sup> et P. —<sup>17</sup> om. P. —<sup>18</sup> quam gloriam istius vite possidere add. P. —<sup>19</sup> (n. r.) reddere P. —<sup>20</sup> om. P. —<sup>21</sup> amplexus P. —<sup>22</sup> om. P. —<sup>23</sup> (et vivo et p.) et dum vivo poeniteo //||| P. —<sup>24</sup> (in incredulitate) incredulus P. —<sup>25</sup> (mea habui) feci P.

-rat.

ut idola  
relinquent  
hortatur;

A rat<sup>26</sup> quae tu dicis : et ego tunc<sup>27</sup> faciam quae  
tu hortaris me<sup>28</sup>. »

*ita etiam  
Marcellus  
et Eusebius*

5. Eodem<sup>1</sup> die pergit Hippolytus ad beatum Stephanum<sup>2</sup> et narravit ei omnia quae gesta fuerant. Tunc beatus Stephanus<sup>3</sup> vocavit ad se virum doctissimum Eusebium presbyterum et Marcellum diaconum, quos direxit ad Hadriam et Paulinam. Et dum<sup>4</sup> venissent una cum Hippolyto monacho, intraverunt in quoddam arenarium<sup>5</sup> et mittentes vocaverunt Mariam et Neonom cum parentibus suis<sup>6</sup>. Introeuntes vero hui<sup>7</sup> in arenarium invenerunt Eusebium presbyterum et Marcellum diaconum et Hippolytum monachum. Et dum vidissent eos amplexati sunt invicem cum gaudio magno et osculo sancto. Eadem hora<sup>8</sup> beatus Eusebius presbyter dixit ad eos : « Expectat vos Christus, ut cum ipso introeatis ad<sup>9</sup> regnum coelorum. » Respondit Paulina et dixit ad Eusebium presbyterum : « Et quid est regnum coelorum? plus est regnum ipsius<sup>10</sup> quam tantus thesaurus et fabrica Iovis

B Capitoli? » Eusebius dixit : « Hoc quod videamus homines fecerunt et<sup>11</sup> destruetur. Regnum vero coelorum non destruetur quia divinitus<sup>12</sup> est fabricatum. Ibidem vero<sup>13</sup> aurum non deficit, argentum et lapides pretiosi perpetui sunt, ubi pavimentum aureum est sine offendiculo, ubi est visio angelorum, ubi fames nunquam dominatur. Ibi<sup>14</sup> saietas integra sine corruptione inventitur; ibi<sup>15</sup> gaudia cum hymnis celebrantur; ibi lux erit; quam sol et luna non illuminat<sup>16</sup>, ubi tenebrae numquam sunt. Haec<sup>17</sup> quam videamus, Capitolii fabrica cum omnibus<sup>18</sup> destruetur<sup>19</sup>. Vos autem<sup>20</sup> credite, et omnia vobis haec, ut<sup>21</sup> intimavimus, promitto<sup>22</sup> accepturos per dominum Iesum Christum et Spiritum Sanctum. » Hadrias dixit : « Et<sup>23</sup> quae est credulitas? » Eusebius dixit : « Ut non tardetis renasci. » Respondit Paulina dicens : « Et quomodo renasci poterimus qui et filios procreavimus et iam multorum filiorum parentes fuimus, ex quibus vivunt hui duo, et alii quos<sup>24</sup> amisimus? » Eusebius presbyter dixit : « Fratres mei, hoc dico, ut unusquisque vestrum baptizetur, et mundetur a delictis propriis. » Et dixit Paulina : « Crastinus dies dum<sup>25</sup> illuxerit, dabimus vobis responsum. »

*qui para-  
lyticum  
sanat.*

6. In ipsa nocte adduxerunt parentes quemdam nomine Pontianum filium suum ad beatum Eusebium presbyterum, qui paralysi<sup>1</sup> morbo occupatus fuerat, et iactaverunt eum ante pedes beati<sup>2</sup> Eusebii presbyteri, rogantes eum ut bap-

tizaretur; quia iam<sup>3</sup> omnia membra eius et lingua<sup>4</sup> morbo tenebantur<sup>5</sup>. Eadem hora beatus Eusebius flectens genua sua<sup>6</sup> ad Dominum<sup>7</sup> dixit : « Domine creator omnium rerum, qui es et qui eras<sup>7</sup>, qui nec initium nec finem habes, respice in opera manuum tuarum ut cognoscant omnes quia tu es dominus<sup>8</sup> Deus coeli et terrae et maris, per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum et Spiritum Sanctum, ut ore suo hic parvulus confiteatur te factorem suum, qui regnas in saecula saeculorum. » Et cum omnes responderint amen, statim<sup>9</sup> parvulus surrexit<sup>10</sup>, qui iacebat mutus et coepit clamare dicens : « Gloria tibi Domine qui me salvasti. » Et dicebat : « Adiuro te per Deum ne tardes baptizare. » Et baptizavit eum in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, et sacrificium obtulit pro eo, et participati sunt corpus et sanguinem Christi. Et<sup>11</sup> nuntiatum est<sup>12</sup> beato Stephano episcopo; et<sup>13</sup> gratias agens Deo, venit cum gaudio et consignavit eum.

7. Mane autem facto, venit<sup>1</sup> Hadrias cum Paulina et filiis suis ad arenarium. Et cum vidiisset multos christianos et beatum Stephanum episcopum et puerum ibidem, quem curavit Dominus per baptismum et orationem, et dum interrogarent quid gestum fuisset enarraverunt eis omnia. Mirantes vero mirabilia Domini in sanitate pueri, miserunt se ad pedes beati Stephanii episcopi Hadrias et Paulina cum filiis suis Neone et Maria petentes<sup>3</sup> ut baptizarentur. Hoc videns beatus Hippolytus gratias agens Deo dixit ad beatum Stephanum epi. copum : « Domine sancke, ne tardes eos baptizare. » Beatus Stephanus episcopus dixit : « Compleantur solemnia, et interrogatio celebretur, si vere credunt; ut nulla trepidatio in corde eorum remaneat et baptizentur. » Hippolytus dixit : « Beatissime pater, interroga eos viriliter. » Dicit beatus Stephanus ad eos : « Vide et filii, si ex toto corde creditis. » *baptizat Stephanus.* Respondit Paulina et dixit : « Nos credimus, et vere credimus, quia cognovimus pueri salutinem; rogamus, salva animas nostras. » Eadem die indixit eis ieinium usque ad vesperum et F catechizavit omnes, et baptizavit eos in nomine Trinitatis. Et posito signaculo Christi<sup>4</sup>, obtulit pro eis sacrificium, et participati sunt omnes. Et discessit beatus Stephanus episcopus.

8. Cooperunt Hadrias et Paulina una cum filiis suis Neone et Maria et presbytero Eusebio atque Marcello diacono et Hippolyto monacho simul

P. —<sup>26</sup> (h. a.) a. h. P. —<sup>27</sup> om. P. —<sup>28</sup> (h. me) festinas impleri P.  
5. —<sup>1</sup> denique add. P. —<sup>2</sup> episcopum add. P. —<sup>3</sup> episcopum add. P. —<sup>4</sup> cum P. —<sup>5</sup> (monacho - arenarium) invenerunt eos in quo///dam arenario P. —<sup>6</sup> (et - suis) cum filiis suis Maria et Neone // sedentes P. —<sup>7</sup> om. P. —<sup>8</sup> (invenerunt - hora) Eusebius presbyter et Marcellus diaconus et Ypolitus monachus et (del.) videbunt eos sedentes et (*supra lin. corr.*) amplexi sunt eos cum gaudio magno se osculantibus tunc P. —<sup>9</sup> in P. —<sup>10</sup> caelorum P; dialogum cum Eusebium om. B. —<sup>11</sup> quod P. —<sup>12</sup> (regnum - divinitus) et quod divina manu P. —<sup>13</sup> om. P. —<sup>14</sup> (visio - ibi) est gaudium et laetitia ubi angeli exultant et hymnum Deo decantant ubi fames numquam nominatur ubi P. —<sup>15</sup> ubi P. —<sup>16</sup> (quam - illuminat) P. —<sup>17</sup> nam P. —<sup>18</sup> (cum omnibus) omnis P. —<sup>19</sup> corr., prius destruentur

P. —<sup>20</sup> tantum P. —<sup>21</sup> quae P. —<sup>22</sup> promittimus corr. P. —<sup>23</sup> om. P. —<sup>24</sup> (ex - quos) vi-  
vunt enim hui duo et alios //// P. —<sup>25</sup> cum P.  
6. —<sup>1</sup> paralisis P. —<sup>2</sup> om. P. —<sup>3</sup> (quia iam) qui etiam P. —<sup>4</sup> lingam P. —<sup>5</sup> teneret prius teneretur P. —<sup>6</sup> et (del.) oravit add. P; haec contracta sunt in B. —<sup>7</sup> et add. P. —<sup>8</sup> om. P. —<sup>9</sup> in ipsa hora add. P. —<sup>10</sup> (p. s.) surrexit parvulus P. —<sup>11</sup> (per Deum - et) beate Eusebi baptiza me in nomine patris et filii et spiritus sancti; tunc catecizavit eum in nomine sancte trinitatis et sacrificium opulit Deo et participati sunt omnes P. —<sup>12</sup> autem add. P. —<sup>13</sup> qui corr. supra lin. P.

7. —<sup>1</sup> venerunt P. —<sup>2</sup> hic hiatus in codice P uno folio avulso. —<sup>3</sup> supra lin. alia manu V. —<sup>4</sup> vocavit puerum Neonom et puellam Mariam add. B.

in

## PASSIO

in eadem cripta habitare, et omnibus diebus ac noctibus in oratione et ieiuniis et voce psallentium permanere. Ab eadem die cooperunt Hadrias et Paulina una cum filii suis de facultatibus propriis pauperibus erogare. Et dum multi gratias agerent de eleemosynis eorum, divulgatum est Valeriano dicentes ei : « Quia sunt Graeci in hac civitate qui seducunt populum dantes pecunias ut non offerant diis. » Hoc audiens Valerianus iussit per universam civitatem perquiri : ut quicunque eos inveniret medium partem bonorum eorum <sup>1</sup> acciperet. Et dum per multos dies inquisitio operaretur, post dies triginta sex venit quidam Maximus nomine, commentariensis, ad Valerianum dicens : « Da mihi potestatem perquirendi ut, si eos invenero, medium facultatem eorum accipiam <sup>2</sup>. » Tunc Maximus, accepta potestate, finxit se christianum et quasi egentem ; et venires ad aram Carboniam <sup>3</sup> in Caelio monte (1) sedens et quasi mendicans coepit eleemosynam petere. Beatus Hadrias, cum circumiret loca vel

*Maximus  
commentariensis*

B regiones, venit ad eundem locum ubi Maximus sedebat quasi christianus et mendicabat ; et dum videret eos transentes et erogantes pecunias ad egenos, sic dixit Maximus : « Per Christum, quem credo, rogo vos ut faciatis misericordiam super egestatem meam. » Tunc videntes eum dixerunt ei : « Frater, videmus in effigie tua, quia nobilis es natus ; sed si indiges, veni nobiscum. »

C 9. Ille autem cum sequeretur eos, venerunt ad quemdam locum ; et dum introissent domum, subito Maximus arreptus a daemonio, coepit clamare dicens : « Viri Dei, ego divulgator vester fui, et ecce video super me ignem obscurissimum ; orate pro me, quia crucior igne. » Eadem vero hora miserunt se omnes in oratione propter Maximum quia fortiter in terra volutabatur. Illis vero orantibus et plorantibus sanus factus est Maximus. Et dum levatus fuisset Maximus de terra, coepit clamans dicere : « Pereat Valerianus et amici eius et qui confidunt in daemoniis ; unde rogo vos, beatissimi, ut baptismum percipiam. » Tunc beatus Stephanus perquires ab eo, ob quam causam arreptus fuisset <sup>1</sup>, narravit ei omnia monita Valeriani. Eadem vero hora catechizavit eum in nomine Trinitatis et coepit Maximus rogare cum lacrimis ut baptizaretur. Cumque baptizatus fuisset, coepit Maximus habitare cum sancto Stephano episcopo. Post dies viginti quattuor <sup>2</sup> requiritur Maximus commentariensis. Et cum inventus non fuisset, nuntiatum est

8. — <sup>1</sup> corr., prius meorum V. — <sup>2</sup> (dientes eius) om. B. — <sup>3</sup> aream Carboniam B, in margine addit. al. Carboniam.

9. — <sup>1</sup> et add. V. — <sup>2</sup> post multos dies B. — <sup>3</sup> XIII kal. februarias B. Cf. supra p. 92, n. 8.

10. — <sup>1</sup> divulgatum P. — <sup>2</sup> (adducere - mitti) adiectos iussit mitti P. — <sup>3</sup> custodiam publicam P. — <sup>4</sup> ante se add. P. — <sup>5</sup> corr., prius praesentarentur et add. omnes P. — <sup>6</sup> sunt P. — <sup>7</sup> et add. corr. supra lin. P. — <sup>8</sup> ibi P. — <sup>9</sup> et add. corr. P. — <sup>10</sup> (a te) innocentes P. — <sup>11</sup> (Sec. t.) togatus Sec. P. — <sup>12</sup> (hic - singillatum) tu

(1) Arae (areae?) Carbonariae, in Caelio monte, nullum est penes antiquos scriptores vestigium. JORDAN, Topographie der Stadt Rom im Alterthum, t. II, p. 120 ; DE ROSSI, Roma Sotterranea

D Valeriano christianum eum factum et baptizatum. Et missis aliis ex scrinio ad domum eius, invenerunt eum in oratione iacentem in terra ; et levantes eum tenerunt et adduxerunt ad Valerianum. Cui ita dixit Valerianus : « Sic caecatis es pecuniis ut promissionibus tuis me faleres ? » Respondit Maximus : « Ego caecus hactenus extit, sed nunc illuminatus sum. » Tunc dixit Valerianus : « Et quae est illuminatio ? » Respondit Maximus : « Credere in dominum Iesum Christum : quia Christus, qui natus est de Spiritu Sancto ex Maria virgine, ipsa est lux. » Hoc dicto, iussit Valerianus per pontem eum praecipitare. Cuius corpus collegit beatus Eusebius presbyter et sepelivit in cimiterio Calixti via Appia(2) sub die tertio decimo kalendiarum decembriarum <sup>3</sup>.

E 10. In ipsis autem diebus coepit summo studio requiri Valerianus Hadriam, de quo tanta audiebat facta. Et divulgatus <sup>1</sup> est ei in quadam coenaculo cum filiis et coniuge sua et Eusebio presbytero una cum Hippolyto monacho.

Et dum misisset milites septuaginta tenuit eos, et adduci iussit, et mitti <sup>2</sup> eos in custodia publica <sup>3</sup>. Post dies vero decem, praecepit Valerianus ut <sup>4</sup> praesentarentur <sup>5</sup>. Et praesentati omnes <sup>6</sup> in foro Traiani <sup>7</sup>, iussit sibi <sup>8</sup> tribunal parari. Audiens autem hoc Marcellus diaconus <sup>9</sup> currens obtulit se in conspectu Valeriani dicens : « Quare tenentur a te <sup>10</sup> veritatis amici ? » Respondit quidam Secundianus togatus <sup>11</sup> et dixit : « Hic christianus est sicut et isti. » Iussit autem Valerianus ut singillatum <sup>12</sup> introirent. Et intromissus Eusebius presbyter, interrogavit eum <sup>13</sup> dicens : « Tu es qui confurbas civitatem ? Tamen declarata <sup>14</sup> nomen tuum. » Eusebius respondit : « Eusebius peccator <sup>15</sup> presbyter <sup>16</sup>. » Et praecepit Valerianus segregari eum et intromitti Hadriam <sup>17</sup>. Et introductus Hadriam ante eum <sup>18</sup> interrogavit eum dicens : « Dic nobis nomen tuum. » Hadriam <sup>19</sup> respondit : « Hadrius peccator <sup>15</sup>. » Valerianus dixit : « Ipse es <sup>20</sup> quem ego requirens <eram <sup>21</sup>> ; vel tardius pervenimus ad te : dic tamen <sup>22</sup> ex quo iure tibi abundantia divitiarum et <sup>23</sup> pecuniarum enormitas <sup>24</sup> innumerabilis <sup>25</sup>, ut seducas populum ; declara nobis. » Respondit Hadriam : « In nomine domini mei Iesu Christi de paupertate et labore parentum meorum <sup>25</sup>. » Valerianus dixit : « Ergo si parentum hereditates tibi <sup>26</sup> derelictae <sup>27</sup> sunt, tu ipse <sup>28</sup> utere <sup>29</sup>, quia non ad subversionem

F autem quis es ? Marcellus dixit : Christianus sum sicut et isti ; dixit autem Valerianus ut singillatum (prius singulatum) P. — <sup>13</sup> Valerianus add. P. — <sup>14</sup> nobis add. P. — <sup>15</sup> dico B. — <sup>16</sup> (Eusebius - presbyter) et respondit Eusebius presbyter P. — <sup>17</sup> (et intromitti Hadriam) om. P. — <sup>18</sup> corr., prius eum et P. — <sup>19</sup> qui P. — <sup>20</sup> iste est P. — <sup>21</sup> supplevi, om. V, P. — <sup>22</sup> (dic tamen om. P. — <sup>23</sup> aut P. — <sup>24</sup> corr. P. — <sup>25</sup> hoc egimus add. P. — <sup>26</sup> (parentum - tibi) hereditas tibi parentum utenda P. — <sup>27</sup> derelicta corr. P. — <sup>28</sup> P ; te ipso V. — <sup>29</sup> debes uti // P.

p. 204. — (2) De epitaphio LOCVS MAXIMI, quod huius martyris esse existimabat Baronius, DE ROSSI, Roma Sotterranea, t. II, p. 180 ; t. III, p. 205.

generis.

*et in  
aqua  
praecep-  
tatur.*

*Valeria-  
nus  
reliquos.*

A generis humani expendere debes.» Hadrias <sup>30</sup> dixit <sup>31</sup>: «Ego ad meam et filiorum meorum utilitatem <sup>32</sup> expendo, et integre et <sup>33</sup> sine fraude utor.» Valerianus dixit: «Habes <sup>34</sup> filios vel coniugem <sup>35</sup>?» Respondit Hadrias <sup>36</sup>: «Hic sunt mecum catenati.» Valerianus dixit: «Introducantur.» Et introducta est <sup>37</sup> ante Valerianum <sup>38</sup> Paulina cum filiis suis Neone <sup>39</sup> et Maria <sup>40</sup>; sequebatur eos et Marcellus diaconus <sup>41</sup>.

*adduci  
iubet*

11. Valerianus dixit: «Ista est coniux tua et hii <sup>2</sup> filii tui?» Respondit Hadrias: «Ipsi sunt.» Valerianus dixit: «Hii <sup>2</sup> duo qui sunt?» Respondit Hadrias <sup>3</sup>: «Hic beatus Marcellus diaconus, hic autem frater meus servus Christi singularis <sup>4</sup>.» Valerianus dixit <sup>5</sup> ad Marcellum diaconum et ad Hippolytum monachum: «Dicite ex ore vestro quo nomine vocamini <sup>6</sup>.» Marcellus <sup>7</sup> respondit <sup>8</sup>: «Marcellus peccator <sup>9</sup> diaconus.» Item dixit Valerianus ad Hippolytum: «Declara nobis et tu nomen tuum.» Hippolytus dixit: «Hippolytus servorum servus <sup>10</sup> Christi (1).» Tunc Valerianus iussit Paulinam et filios eius segregari, et dixit ad Hadriam: «Divulga thesauros cum his <sup>11</sup> quibus intromis-sus es et sacrificia diis et vivite; nam si non sacrificaveritis <sup>12</sup>, citius <sup>13</sup> exhalabitis amittendo vitam vestram.» Respondit Hippolytus: «Nos amisimus vana consilia et invenimus veritatem, quam <sup>14</sup> meriti non fuimus.» Valerianus dixit: «Dicte nobis quae contentio fuit amissionis.» Responderunt omnes tres <sup>15</sup>: «Ut proiceremus vana idola et falsa et muta, et inveniremus dominum coeli et terrae et maris et abyssi Christum filium Dei <sup>17</sup> quem credimus <sup>18</sup>.» Ira-tus Valerianus iussit omnes iterum <sup>19</sup> in custo-dia <sup>20</sup> publica <sup>21</sup> mancipari <sup>22</sup> et non separari. Et ducti vinciti missi sunt in custodia Mamertini <sup>23</sup>.

*ei variis  
tormentis  
affligi.*

12. Post triduum, consilio habito cum togatis suis Secundiano et Probo <sup>1</sup> cogitaverunt <sup>2</sup> ut primo pecunias darent, et sic coharentur ad sacrificandum. Et iussit Valerianus post triduum, nocte <sup>3</sup> in Tellude <sup>4</sup> (2), omnia genera tormentorum praeparari. Et veniens post tri-duum nocte <sup>5</sup> in Tellude <sup>4</sup>, cum omnibus generi-

bus tormentorum <sup>6</sup> ante templum Palladis; ibi iussit <sup>7</sup> sibi tribunal parari et <sup>8</sup> togatis suis: et noctu intromissi <sup>9</sup> omnes vincti catenis excepto <sup>10</sup> Neone <sup>11</sup> et Maria infantulis. Et sedens Valerianus cum togatis suis, iussit introduci eos ante conspectum suum, et praecepit <sup>12</sup> omnia genera tormentorum ostendi dicens: «Omnia haec tormenta in vobis <sup>13</sup> exerceri praeceperio si non feceritis quae iubeo.» Et di-xit cum furore nimio Valerianus ad Hadriam: «Declara nobis thesauros et vive.» Respondit Hadrias cum fratribus suis <sup>14</sup> et dixit: «Si thesauros quaeris, potes vivere <sup>15</sup>.» Respondit <sup>16</sup> Valerianus: «Date ignem in aram <sup>17</sup> ante deam Palladem ut sacrificii tura incendant <sup>18</sup>.» Omnes autem expuentes deridebant Valerianum. Respondit Secundianus togatus et dixit ad Valerianum: «Exuant <sup>19</sup> eos <sup>20</sup> vestimentis, et nudos affligant <sup>21</sup> fustibus.» Tunc in eadem nocte sunt <sup>22</sup> extensi nudi Eusebius presbyter et Marcellus diaconus et <sup>23</sup> Hippolytus monachus et <sup>23</sup> Hadrias et Paulina, et <sup>22</sup> in conspectu filiorum fustibus mactabantur extensi <sup>22</sup>. Eadem hora cum caederetur beata Paulina in conspec-tu Valeriani <sup>24</sup> emisit spiritum. Hoc videns Valerianus territus est et cum furore dixit: «Elevate eos a terra.» Et cum levati fuissent iussit Eusebius et Marcellus capitibus subire sententiam <sup>25</sup>. Qui vero ducti ad Petram Sceleratam iuxta amphitheatum, ad lacum Pastoris (3), ibidem decollati sunt beatus Eusebius presby-ter et Marcellus diaconus, sub die tertio decimo <sup>26</sup> kalendarum novembriarum. Corpora vero ipsorum derelicta sunt canibus. Corpus vero beatae Paulinae iactatum est et veniens quidam <sup>27</sup> Hippolytus <sup>28</sup> (4) noctu <sup>29</sup> collegit corpora eorum, et sepelit via Appia ex praecepto sancti Ste-phani episcopi, millario ab urbe Roma primo in arenario, ubi frequenter conveniebant. Bea-tum vero Hadriam et Hippolytum <sup>29</sup> in custodia retrudi praecepit <sup>30</sup>, et filios Hadriæ Neonem et Mariam.

*Paulinae,  
Eusebii et  
Marcelli,*

13. Post dies septem <sup>1</sup> iussit Valerianus <sup>Neonis et  
Secundiano togato suo ut pecunias perquereret  
ab Hadria <sup>2</sup>. Et iussit ut Secundiano tradicerentur  
discuti. Et traditus est Secundiano togato</sup>

<sup>30</sup> corr., prius Hadria P. — <sup>31</sup> respondit P. — <sup>32</sup> humilitatem P. — <sup>33</sup> om. P. — <sup>34</sup> et habes P. — <sup>35</sup> corr. P. — <sup>36</sup> (r. H.) H. r. P. — <sup>37</sup> introducti P. — <sup>38</sup> (ante Valerianum) intra velum B. — <sup>39</sup> corr., prius Neonem P. — <sup>40</sup> corr., prius Mariam. — <sup>41</sup> (sequebatur - diaconus) sequebantur et Mar-cellum diaconum P.

11. — <sup>1</sup> om. P. — <sup>2</sup> hi P. — <sup>3</sup> (r. H.) H. r. P. — <sup>4</sup> om. P. — <sup>5</sup> (V. dixit) tune autem dixit Valerianus P. — <sup>6</sup> dicamini P. — <sup>7</sup> diaconus add. P. — <sup>8</sup> dixit P. — <sup>9</sup> dico M. B. — <sup>10</sup> servus ser-vorum P. — <sup>11</sup> cum his cum corr. P. — <sup>12</sup> (si - sa-crificaveritis) P; om. V. — <sup>13</sup> cito P. — <sup>14</sup> P; qua V. — <sup>15</sup> om. P. — <sup>16</sup> vanam gloriam et corr. P. — <sup>17</sup> (Christum - Dei) dominum Jhesum Christum filium Dei vivi P. — <sup>18</sup> tunc add. P. — <sup>19</sup> om. P. — <sup>20</sup> custodiam iterum P. — <sup>21</sup> om. P. — <sup>22</sup> sub uno add. P. — <sup>23</sup> custodiam Mamertini P, prius custodia Mamertina; custodia Mamertini V.

12. — <sup>1</sup> corr., prius Secundianum et Probum

P. — <sup>2</sup> hoc cogitaverunt P. — <sup>3</sup> noctu corr. P. — <sup>4</sup> tellure P. — <sup>5</sup> noctu corr. P. — <sup>6</sup> (cum - tor-mentorum) om. P. — <sup>7</sup> om. P. — <sup>8</sup> cum P. — <sup>9</sup> intromissi corr. P. — <sup>10</sup> exceptis P. — <sup>11</sup> corr., prius Neonem P. — <sup>12</sup> eis add. P. — <sup>13</sup> vos P. — <sup>14</sup> om. P. — <sup>15</sup> (potes vivere) minime in-venis P. nonnulla hoc loco deesse patet. — <sup>16</sup> di-cit eis P. — <sup>17</sup> ara /// corr. P. — <sup>18</sup> incendantur P. — <sup>19</sup> exuantur corr. P. — <sup>20</sup> del. corr., prius ei P. — <sup>21</sup> afflige P. — <sup>22</sup> om. P. — <sup>23</sup> (monachus et) om. P. — <sup>24</sup> filiorum P. — <sup>25</sup> (iussit - senten-tiam) iussit eos ut Eusebius et Marcellum capi-tis subire sententiam ita prius P, sed corr. iussit ut Eusebius et Marcellus capitibus subirent sententiam. — <sup>26</sup> sub die XIIII<sup>m</sup> P. — <sup>27</sup> om. P. — <sup>28</sup> Ippolitus V; Hippolytus qui et diaconus B. — <sup>29</sup> nocte P. — <sup>30</sup> Yppolitus V; nonnulla hoc loco resculpt B. — <sup>31</sup> (beatum - praecepit) tunc praecepit ut (del.) Ypolitus custodie recludi P.

13. — <sup>1</sup> VII<sup>om</sup> denique dies P. — <sup>2</sup> corr., prius Hadriam P.

(1) De formula *Servus servorum Dei* et simili-bus breviter disserimus in *Bulicov Zbornik*, p. 377-78.— (2) De loco dicto in *Tellude*, *Anal.* Novembris Tomus IV.

*Boll.*, t. XVI, p. 232-35.— (3) De his diximus in *Anal. Boll.*, t. XVI, p. 230-32.— (4) Hippolytus ille recurrunt infra, c. 14.

13 Hadrias

## PASSIO

Hadrias et filii eius Neon et Maria cum Hippolyto. Tunc Secundianus suscepit eos in domum suam, et blandis sermonibus alloquebatur eos dicens<sup>3</sup>: « Hadria, consulite vobis<sup>4</sup> et nolite perdere vos ipsos et flores<sup>5</sup> filiorum<sup>6</sup>. Date thesauros et sacrificare et vivite, et nolite perdere dies vestros. » Responderunt Hadrias et Act. 3, 6. Hippolytus dicentes: « Nos aurum et argentum non habemus; quia, quod habuimus, in pauperes expendimus. Tamen thesauri nostri animae nostrae sunt, quas perdere nullatenus volumus<sup>7</sup>; tu fac quod tibi praeceptum est. » Secundianus dixit: « Date in conspectu eorum<sup>8</sup> filios<sup>9</sup> et extendite eos et caedite virgis. » Quibus clamabat pater: « Constantes estote, filii. » Et dum<sup>10</sup> diu caederentur nihil aliud clamabant, nisi: « Christe adiuva nos<sup>11</sup>. » Tunc iussit parci filiis et praecepit ut Hadrias et Hippolytus<sup>12</sup> mactarentur<sup>13</sup>. Illi autem<sup>14</sup> cum gaudio clamabant: « Gloria in excelsis Deo. » Tunc iussit ad latera eorum lampadas<sup>15</sup> supponi cum flammis<sup>16</sup>. Hippolytus vero clamabat: « Fac quod facis<sup>17</sup>. » Secundianus dixit: « Sacrificate, et<sup>18</sup> consensum praebeite dicentes: facimus. » Illi autem vultu alacri dicebant<sup>19</sup> ad filios<sup>20</sup>: « Ecce epulas sine corruptione. » Secundianus togatus dixit: « Cito levantur a terra, et ducentur ad Petram Sceleratam(1) Hippolytus et Hadrias, et si non consenserint in conspectu ipsorum filii eorum occidantur<sup>21</sup>. » Et ducti ad Petram Sceleratam, in conspectu Hadriae et Hippolyti gladio sunt consummati Neon<sup>22</sup> et Maria. Et iactati sunt in eodem loco sexto kalendas novemboris. Quorum corpora collegit noctu sanctus<sup>23</sup> Stephanus episcopus<sup>24</sup>, et sepelivit in ipsa via Appia millario ab urbe Roma primo in arenario ipso ubi consueverant convenire.

*Hadiae et  
Hippolyti  
suppli-  
cium.*

**14.** Post dies<sup>1</sup> octo nuntiavit Secundianus Valeriano omnia quae gesta fuerant, et quomodo reservassent<sup>2</sup> Hadriam et Hippolytum. Et tunc praecepit ei<sup>3</sup> Valerianus ut fortiter requireret<sup>4</sup> thesauros, et coartaret<sup>5</sup> eos ut sacrificarent. Eodem tempore, iussit Secundianus C togatus<sup>6</sup> in circo Flamineo<sup>7</sup> tribunal sibi parari, et adduci Hadriam et Hippolytum<sup>8</sup> vincitos<sup>9</sup> catenis sub voce praeconia dicente<sup>10</sup>: « Hui sunt, qui evertunt civitatem sacrilegi. » Et

<sup>3</sup> (ut Sec. - dicens) Secundiano ut si non sacrificarent (corr.) diis diversis poenis eos mactarent suscepti autem eis (corr.) in domo sua blandis<sup>4</sup> (prius eos?) sermonibus loquebatur dicens P. — <sup>5</sup> ipsis add. P. — <sup>6</sup> flor. rem corr. P. — <sup>7</sup> vestrorum add. P. — <sup>8</sup> possimus P. — <sup>9</sup> eius P. — <sup>10</sup> filius huius P. — <sup>11</sup> cum P. — <sup>12</sup> om. P. — <sup>13</sup> corr., prius Ypolitum P. — <sup>14</sup> mactarentur in conspectu filiorum P. — <sup>15</sup> (illi autem) qui cum diu caederentur P. — <sup>16</sup> ardentes add. P. — <sup>17</sup> cum flammis om. P. — <sup>18</sup> noli cessare add. P. — <sup>19</sup> aut vel P. — <sup>20</sup> clamabant dicentes P. — <sup>21</sup> ad filios P. et prius etiam V. sed eramus. — <sup>22</sup> (in conspectu - occiduntur) filii eius (corr.) in conspectu illius occiduntur P. — <sup>23</sup> corr., prius Neonem P. — <sup>24</sup> beatus P. — <sup>25</sup> quorum corpora collecta a fidelibus sepulta sunt etc. B.

**14.** — <sup>1</sup> vero add. P. — <sup>2</sup> reservasset P. — <sup>3</sup> om. P. — <sup>4</sup> ab eis (prius ab eo?) add. P. — <sup>5</sup> corr.,

(1) Supra, ad c. 12, p. 97. annot. 3. — (2) Pons Aurelius etiam pons Antonini dictus, nunc Ponte Sisto, a Sexto IV p. m. qui illum renovavit. JORDAN, *Topographie der Stadt Rom im Alterthum*,

dum introducti fuissent aspectibus eius, iussit D Secundianus in conspectu eorum tripodam deferi et tura. Quibus ita dixit: « Date thesauros per quos in errorem omne vulgus<sup>11</sup> inducebatis. » Respondit Hadrias et Hippolytus: « Nos Christum praedicamus, qui nos de errore dignatus est liberare, non<sup>12</sup> ut homines occideremus, sed ut vivificaremus. » Secundianus togatus dixit: « Iam deponite pertinaciam vestram<sup>13</sup>, et facite quod principes praeципiant<sup>14</sup>. » Responderunt sancti<sup>15</sup> et, dixerunt: « Nos depositimus mendacium, et sumus veri domini Iesu Christi servi<sup>16</sup>. » Secundianus togatus dixit: « Et quo pacto Christo servitis, qui thesauros absconditis? Nam Christus vester<sup>17</sup> dixit, ut thesauros et omnia renuntietis et sic servire<sup>18</sup> sibi. » Responderunt Hadrias et Hippolytus: « Nos semel renuntiavimus<sup>19</sup> et servi sumus, si tamen mereamur, domini nostri Iesu Christi<sup>20</sup>. » Eadem hora Secundianus iussit ut maxillas eorum cum plumbatis diutissime caederent, sub voce praeconia<sup>21</sup>: « Sacrificate diis<sup>22</sup> tura incendentes. » Hippolytus cruentatus sanguine clamabat: « Fac, miser, quod facis, noli cessare. » Secundianus togatus iussit caedentibus parci. Et dixit ad eos: « Iam consulite vobis ipsis; ecce parco stultitiae vestrae vel dicite vos facturos, ut tanta<sup>23</sup> tormenta relaxentur vobis. » Responderunt Hadrias et Hippolytus dicentes: « Nos parati sumus omnia sustinere tormenta, quia quod tu iubes vel princeps tuus nunquam facturi sumus. » Eadem hora<sup>24</sup>, ut placaret Valeriano, misit ad eum, et defulit ei quod<sup>25</sup> gestum fuisset. Cui Valerianus hoc mandavit<sup>26</sup>: « Consume eos citius in conspectu populi. » Et praecepit eos adduci ad pontem Antonini<sup>27</sup> et plumbatis caedi diutissime, usque ad consumptionem eorum. Et dum diu caederent<sup>28</sup> emiserunt spiritum. Et relicta sunt<sup>29</sup> corpora in eodem loco iuxta insulam Licaoniam<sup>(3)</sup>. Et venit quidam Hippolytus diaconus<sup>29</sup> noctu et collegit corpora eorum et<sup>30</sup> sepelivit via Appia<sup>31</sup> ex praecepto sancti Stephanii<sup>32</sup> episcopi F millario ab urbe Roma primo, iuxta corpora sanctorum in arenario, ubi frequenter conveniebant, sub die quinto idus novemboris<sup>33</sup>.

prius coartarent P. — <sup>6</sup> togatus // P. — <sup>7</sup> flammeo P. — <sup>8</sup> corr., prius Hadrias et Ypolitus P. — <sup>9</sup> corr., prius vincit P. — <sup>10</sup> dicentes P.; — <sup>11</sup> corr., prius omnem vulgum P. — <sup>12</sup> corr.; P. — <sup>13</sup> malam P; locum suppressil B. — <sup>14</sup> (pr. pr.) praecepimus P. — <sup>15</sup> (resp. sancti) om. P. — <sup>16</sup> (et - servi) sumus vero domino servientes P. — <sup>17</sup> om. P. — <sup>18</sup> (renuntiatis - servire) renuntiata servire P. — <sup>19</sup> corr. V; enuntiavimus P. — <sup>20</sup> corr., prius domino nostro I. Christo V; domino Iesu Christo P. — <sup>21</sup> (iussit - praeconia) dixit ministris ut maxillae eorum cum plumbatis diutissime caederentur sub voce praeconia dicentes P. — <sup>22</sup> om. P. — <sup>23</sup> aliquanta P. — <sup>24</sup> corr. P., prius add. praecepit. — <sup>25</sup> quid P. — <sup>26</sup> dicens add. P. — <sup>27</sup> exalati add. P. — <sup>28</sup> corr. supra lin. P. — <sup>29</sup> Romanas ecclesiae add. B. — <sup>30</sup> corr. supra lin. P. — <sup>31</sup> (s. v. A.) v. A. s. P. — <sup>32</sup> (ex pr. S. Stephani) om. B. — <sup>33</sup> convenientib<sup>34</sup> // V idus novembri corr. P.

t. I, 1, p. 417; t. II, p. 192. — (3) Insula Tibicina iam saec. V, ut videtur, Lycaonia vulgo dicebatur. M. BESNIER, *L'île Tibérine dans l'Antiquité* (Paris, 1902), p. 76-87.

*De Martana et Valeria.* 15. Post menses vero novem, venit <sup>1</sup> Romam <sup>2</sup> de genere eorum quaedam femina, nomine Martana <sup>3</sup>, natione Graeca cum filia sua nomine Valeria christianissima <sup>4</sup>, tamen ex gentibus <sup>5</sup> Graecorum <sup>6</sup>, requirentes eos. Et cum <sup>7</sup> audissent et cognovissent quia omnes martyrio consummati sunt <sup>8</sup> pro fide Christi, gavise sunt et gaudio magno replete <sup>9</sup> venerunt ad beatum Stephanum episcopum, et miserunt se ad pedes eius ut demonstraret eis ubi sepulta erant corpora sanctorum <sup>10</sup>. Et dum invenissent locum <sup>11</sup> diebus vitae sua omni tempore erant

ibi <sup>12</sup> vigiliis et orationibus insistentes <sup>13</sup>. Et dum completerentur dies vitae eorum post <sup>14</sup> annos tredecim vitam aeternam adeptae sunt <sup>15</sup>. In eodem loco persecutio imminebat. Exierat enim edictum ut nullus auderet emere, neque vendere panem, neque haurire aquam nisi prius sacrificasset. Hoc tempore iam dicta Martana cum filia eius mortua, ibique sunt <sup>16</sup> sepultae <sup>17</sup> quarto idus decembri, in confessione <sup>18</sup> laetantes in Christo Iesu domino nostro, qui <sup>19</sup> vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.

PASSIO

<sup>15.</sup> — <sup>1</sup> corr., prius venerunt P. — <sup>2</sup> om. P. — <sup>3</sup> Martina P; Marta B. — <sup>4</sup> christianq; P. — <sup>5</sup> gentilibus P. — <sup>6</sup> om. P. — <sup>7</sup> dum P. — <sup>8</sup> fuis- sent P. — <sup>9</sup> (pro - repletea) gaudio replete P. — <sup>10</sup> (venerunt - sanctorum) om. B; (sepulta - sanctorum) sepulti erant P. — <sup>11</sup> omnibus add. P. — <sup>12</sup> (erant ibi) supra lin. V. — <sup>13</sup> (omni - in- sistentes) ibidem permanserunt (corr.) vigiliis

et orationibus insistentes P. — <sup>14</sup> P; per V. — <sup>15</sup> (vitam - sunt) om. P. — <sup>16</sup> (persecutio - sunt) et ipsae P. — <sup>17</sup> sepultae sunt // P; (vi- tam - sepultae) redentes in pace spiritum Deo sepultae ibidem sunt B. — <sup>18</sup> domini add. P. — <sup>19</sup> (in- qui) praesente domino nostro Ihesu Chris- to qui cum patre et spiritu sancto P.

B

E

## II. CARMEN EPIGRAPHICUM

E sylloge Turonensi ad normam editionis I. B. Rossii. Cf. Comm. praev. num. 7.

OLIM SACRILEGAM QVAM MISIT GRAECIA <sup>1</sup> TVRBAM  
MARTYRII MERITIS NVNC DECORATA NITET  
QVAE MEDIO PELAGI VOTVM MISERABILE FECIT  
REDDERE FVNereo <sup>2</sup> DONA NEFANDA IOVI  
HIPPOLITI SED PRIMA FIDES CAELESTIBVS ARMIS  
RESPVIT INSANAM PESTIFERAMQVE LVEM <sup>3</sup>  
QVEM MONACHI RITV TENVIT SPLEVNC <sup>4</sup> LATENTEM  
CHRISTICOLIS <sup>5</sup> GREGIBVS <sup>6</sup> DVLCE CVBILE PARANS  
POST HVNC ADRIAS SACRO MVNDATVR <sup>7</sup> IN AMNE  
ET PAVLINA SVO CONSOCIATA VIRO  
XIII K. IVN.

C

F

SVB DIE V ID. NOV. <sup>8</sup>  
NATA MARIA SIMVL CARO CVM FRATRE NIONE  
GAVDENTES SACRAM PROMERVERE FIDEM  
DIVITIAS PROPRIAS CHRISTI PRAECEPTA SECVTI  
PAVPERIBVS LARGA DISTRIBVERE MANV  
QVORVM PRAECLARIS MONITIS MVLTOQVE LABORE  
ACCESSIT SVMMO SANCTA CATERVA DEO  
POST ANIMAS CHRISTO TRADENTES SANGVINE FVSO  
VT VITAM CAPERENT NON TIMVERE MORI  
HORVM VIRTVTES QVEM <sup>9</sup> PASSIO LECTA DOCEBIT  
RITE SVIS FAMVLIS DISCET <sup>10</sup> ADESSE DEVVM

<sup>1</sup> gracia cod.; emendationes sunt Rossii. — <sup>2</sup> funerea cod. — <sup>3</sup> pestifera lucem cod. — <sup>4</sup> spe- cunca cod. — <sup>5</sup> Christo colis cod. — <sup>6</sup> legibus cod. Goeltweihensis. — <sup>7</sup> mandatus cod. — <sup>8</sup> notam temporis et / cum fratre NIV... / romer/ testular lapidis fragmentum. — <sup>9</sup> ouem cod. — <sup>10</sup> disce cod.

